



VOCABVLARIO
DEL HVMANISTA,

compuesto por Lorenço Palmreno: donde se trata de aues, peces, quadrupedos, con sus vocablos de caçar, y pescar, yeruas, metales, monedas, piedras preciosas, gomas, drogas, olores, y otras cosas que el estudioso en letras humanas ha menester.

DIRIGIDO

Al Illustrissimo y Reuerendissimo señor don Ioan de Ribera Patriarcha de Antiochia, y Arçobispo de Valencia. &c.

Hay tambien vn vocabulario de antiguallas para entender a Ciceron, Cesar, y Vergilio.



VALENTIAE,

Ex typographia Petri à Huete, in placea herbaria, 1569.

EGo Frater Michael Carrança Theologorũ mininimus ordinis Carmelitarũ Regularis obſeruantiæ, iuſſu, & conmmiſsione Illuſtris & admodũ Reuer. domini Bernardini Gomezij Miedes Officialis & Vicarij Generalis ſede vacãte eccleſię Valẽtinę, vidi, & cunctanter legi hunc librum, Scala Philoſophię Laurentij Palmyreni, in florentiſsima Valentinorũ Academia Rhetoricæ profeſſoris, nuncupatum. Quæ adeo caſtigatum, & ab autore recognitum, & ab omni prorſus Hæreſeos, & errorum contra ſanam vniuerſalis eccleſiæ doctrinam, ſuſpicione carentem, & omnimodo, eaq; varia eruditione refertum inueni: vt adhibita vnica noſtra caſtigatione

ne

ne in 7. Abece.verbo, Cryſtallus, meritò euulgandũ, & nedum puerorum (quibus vir alioqui doctiſſimus, & noſtra tempeſtate celebratiſsimus ex profeſſo cõſuluit) verum & ſapientum manibus circunferendum cenſeam. In cuius approbationis teſtimonium has ſolita nominis mei expreſsione ſubſignatas literas tradidi. Dat. Valen. in conuentu Carmeli. Calendas Ianuarias. 1569.

Frater Michael Carrança.

Caſtigatio.

7. Abeced. verbo, Chryſtallus. Quieren algunos que ſea yelo congelado, pero toſcamente ſe engañan, &c, Deſumpta ſunt omnia ferè ad verbum ex Andrea de Laguna Medico catholico


tholico Pontificis Iulij tertij, libro 5. cap. 44. Mihi verò negotium facit, & difficultatem mouet quod in sacra Scriptura, Ecclesiast. 43. dicitur Gellauit chrystallus ab aqua: Auget & eandem diuus Hierony. & diuus Augustinus in Psalmum 147. super illa verba: mittit chrystallum suam sicut bucellas. Asserunt enim chrystallum ex aqua, gelu, niueq; fieri. His arridet diuus Grego. Homil. 7. in Ezechielem. Neque ab his discrepat Plinius libr. 37. naturalis Historiæ. c. 2. Contraria inquit, hinc causa, chrystallum facit gellu vehemẽtiore concreto. Non aliubi certè reperitur, quàm vbi maximè hybernæ niues rigent: Glaciémque esse certum est, vnde & nomẽ Græci dedere. Quod autem quidam ex Græcis, vbi nos habemus chrystallum, gelu, vel glaciem transtulerunt, magis videtur meam suspicionẽ accrescere. Nam illi materiã ex qua chrystallus, Latini verò formam eius expresserunt. Castigato igitur illo loco, & sacræ Scripturæ sententia, sacrorumq; Doctorum expositione suscepta, nihil prorsus, nisi me fallat iudicij proprij hebitudo in hoc libello suspectum, vel licentiose didum offendi. Dat. in cõuentu præfato Carme. Valen. die. 3. Febr. 1569. dictum

Michael Carrança.

NOs Bernardinus Gomez Miẽdes Archidiaconus & Canonicus, ſede vacante Vicarius Generalis & Officialis Valentinus, viſa ſupraſcripta relatione, concedimus licentiam imprimendi, & vẽdendi præſentem librum. Dat. Valentiæ die 3. Februarij. 1569.

B. Gomez Miedes.

Illuſtriſsimo & Re-
VERENDISSIMO
D. Don Ioanni de Ribera Ar-chiepiſcopo Valentino digniſsimo, &c.



Eprehendent permulti noſtram audaciam Illuſtriſsime vir, vbi viderint, quàm temere hos de Philologia commentarios ſubita, & repentina opera cõfectos, & penè immaturo abortu, ante in lucẽ editos, quàm ſatos atque conceptos, auſi ſumus cõſecrare tibi ampliſsimo, & doctiſsimo; non tantùm huius ætatis viro, ſed omnibus ſuperioris memoriæ, & conſequentis æui, qui honoribus, & literis excelluerunt, aut excellent, compa-

rando. Sed isti boni consulant velint, nolint, oportet nostram in te salutando parrhisiã, hoc præsertim die, quo nullus adhuc illuxit regno Valentino candidior, quo victi incredibili gaudio, ac prope dixerim ebrij, dum te mœnia nostra intrãtem contemplamur; vix, ac ne vix quidem, possumus pectori nostro temperare, quin voluptatem hanc incomparabilem, apud te depromere, effundere, iactareq; conetur. Difficile esse aiunt silere cùm doleas, at mihi longè difficillimum videtur non loqui, cùm efferuescenti lætitia gestias; aut tum cohibere vocẽ, cùm iam affectui nulla vox par poßit humana industria comparari. Quanta verò fuerit voluptas, qua tui clientes aduẽtu tuo affecti sumus, ex eo colligere poteris, quòd ipse olim & mutus, & elinguis nũc audacter

audacter loqui incipio. Si Crœsi filio, quẽ mater mutum ediderat, vehemens affectus vocem excußit, si Echedem athletam Samium anteà semper elinguem, indignatio prærepti tituli, præmijq; interuersi, repentè vocalem reddidit: quid mirum cuipiam videri poßit, me in angulo huius Academiæ delitescentem aduentu tanti Mecœnatis recreatum, ad omne genus eloquentiæ commoueri? Florebant certè res vrbanæ industria, iustitia, & prudentia excellentißimi Comitis Beneuẽtani, at Musæ mansuetiores te absente neglectæ iacebant. Quẽadmodum vbi tempestas perfrigida, imber maximus, aut tristis hyems Aquilonibus ambienti auræ tristitiam quandam, atque asperitatem attulerunt, humus nuda senio contabescit, mœrent horti, & viridaria sine

AEglen vocat Valer. Max.

 floribus

floribus, torpescunt amnes, languent arbores suis frondibus destitutæ, stat sine fruge seges, marcent campi, viridi gramine priuati: at vbi Fauonio nascēte purpureæ rosæ anno lætam iuuentutem reddiderunt, horti floribus gemmantur, amnes effugiunt, arbores frondibus reuirescunt, fruge nitent segetes, hilarescunt campi: omnia deniq; verno tempore tepefacta frondescunt; sic nostra ciuitas tuo aduentu, omni reiecto squallore, non solùm exhilarata, sed etiam felix, felici Pontifice, seu Archiepiscopo, facta conspicitur. Felicem verò te, & fortunatū voco, cur non fortunatissimum? Multos nobis felices commemorant historiæ, vt Timotheū, Syllam, & alios: multos etiā nostro seculo cognouimus; nullus tamen hactenus fuit, in quem vnum Regis Phi-

lippi totius patriæ optimatum, gentium, atque orbis propè totius studia, tanto ardore, tamque fatali quadam beneuolentia consenserint. Quis te vidit vnquam, qui non ilico amare cœperit? Imò quem non vel auditum modò Reberæ nomen in tui cupiditatem accendit? Non tam celeriter vicina flāma ad Naphtham trāsuolat, aut magnes Chalybem attrahit, quàm tu mortalium omnium mentes, & pectora, in tui charitatē, & admirationem rapis. Fuit hoc Cæsari fatale, vt nō solùm aspectu, sed ipso quoque rumore, & hostibus formidinē incuteret, & suis lassescētibus animos redintegraret. Sed quod illi ad belli momenta fuit additum, hoc tibi adest ad excitandam beneuolentiam, ad dirimenda bella, ad conciliandā pacem. Ita tuo aduentu delectantur Va

lentini, quem tamen anteà nunquam viderant, vt quamuis nobilitate Cecropem, felicitate Polycratem, opibus Cræsum, copijs Xerxem, victorijs Cæsarem, triũphis Pompeium præcederes; in maiori tamẽ felicitatis gradu collocaturus sis hũc tantum in te amando Valentinorum omnium consensum. Sed perpende quæso felicitatem felicitati coniunctam, nõ solùm homines, sed etiam animantia, quæ aloga dicuntur, videntur aduentu tuo lætari. Habebam enim in manibus aues, pisces, & reliqua animalium genera, quibus parabam indumenta, quò facilè his exornata Hispaniam vniuersam liberè peragrarent. Sed ô prodigium inauditum? vix ea consuere ceperam, cùm è manibus elapsa, tibi aduenienti occurrerũt. Accipies ergo læta, ac serena fronte vir amplis-

amplißimè, animantia viuipara, ouipara, zoophyta, quæ tibi aduenienti occurrunt, vt intelligas qua lætitia, & animi voluptate ab hominibus expecteris; qui ita animantes reliquas nouo desyderio cõmoueas. Commemorarem modò horum omniũ dotes, quibus à natura instructa nos in admirationem rapiunt, nisi tibi ex Aristotele, Plinio, & Æliano notißimas esse cognoscerem. Non est tamen silentio inuoluendum quod huic Regioni quasi peculiare cernimus, vt ex vnguibus leonem agnoscas. Bombyces, vel seres vellus sericeum, quo turget vterus, pedibus explicantes conficiunt: nulla in re alia natura sagacior deprehenditur, nec ars aliquid ab ijs accepisse videbitur, in quo ingeniosiùs laborauerit, si tã multas dum id vellus perficitur, naturæ

mutationes, & artis dum ad vitæ vsum disponitur, labores æstimemus appetente siquidem verè oua, piscium onis haud dissimilia, lintheolo chartæve adhærescẽtia, quæ proximo autumno produxerunt, radijs solis exponuntur, aut calido in loco, hypocausto nimirũ, seruantur. Quo fit vt vermiculi excludantur exigui, qui mox Mori folijs nutriuntur, quòad grandiores facti fuerint: tũ statim penulæ cuiq; chartaceæ, vel potiùs inuolucra conficiũtur, quibus inclusi mirabili naturæ opere lanicio sese inuoluunt, ac congesto glomeri se condentes, postquam suum nendi munus obierunt moriuntur, adeò vt semestris tãtùm illis apud nos vita sit mortuis testacea subinde tunica inducitur, qua aliquot diebus obducti reuiuiscunt, ac ascitis in volucres papiliones degenerant

rant, qui aßiduè inuicē inſidentes coëuntesque, tandem relictis ouis milij forma & colore, quibus ſua rediuiua proles ſequēte anno renaſcitur. Hactenus de bōbycibus, non vt tibi ignotam hiſtoriā exponerem, ſed vt Valentini regni naturā breuiter adumbrarem, & feruens illud deſyderium, quo te Paxiulia rapiebat, Badajoz. *aliqua ex parte comprimerem. Siquidem vbi reuocabis in mentem tam puſilli vermiculi naturam, continuò Valentinos ciues agnoſces. Iacent bombyces neglecti hyeme, ſed vere ameniſsimo, & florentibus pratis excitantur: iacebant oues Valentinæ, quæ iam & vires, & corpus amiſerant; ſed modò ipſas & reficit, & recreat noui & ſeduli paſtoris aduētus, vt verni temporis ſuauitate bombyces, alioqui mortui, ſuſcitantur. Habebis igitur*

tur bombyces, id est, Valentinos ciues faciles, pietatis studiosissimos, quos possis istis tuis præclaris animi dotibus ornare, iustitia tueri, doctrina erudire, liberalitate complecti, vitæ probatæ exemplo, ad omne genus virtutis excitare. Quandoquidem te non ad fastum ingens splendor natalium rapuit, non ad superbiã amplitudo magnitudoq; patriæ traxit, non ad arrogantiam singularis ista in liberalibus disciplinis, & sacrosancta Theologia declarandis industria cõmouit: non deniq; fortunæ, & opes, & idge nus perniciosæ illecebræ, ad voluptatem, & luxum pellicere potuerũt. Accede igitur felicibus auspicijs, vt ciues hosce foueas, qui te ardentissimis votis expectãt; sibi persuadentes, te fore liberalitate, nõ tristitia, aut seueritate popularẽ. Vale,

Valentiæ, septimo Calend. Februar. anno. 1569.

Tuus Laurentius Palmyrenus.

Ad lectorem præFATIO.

SVNT permulti qui inuidia commoti libentiùs quod malignè carpant quærunt, quàm quod beneuolè laudent; & me acerbè accusant, quòd uelut acetarium quoddam hoc Lexico uarijs conditam herbis è multorum scriptorũ horto hinc inde collectis in unã paropsidem. Intelligo sanè ineptias meas, aut nugas, sed iacta alea est: & ubi impudentiæ repagula semel patefeceris, bene gnauiter impudentem esse oportet

portet, & susceptam ad extremum perferre personam. Atq; ut ingenuè fatear sum Arabius tibicen, quãquam enim non dubitabã fore, ut cùm hæc lucubratio in uulgus appareret, uaria de ea homines, etiam non ineruditi, essent in utramq; partẽ facturi iudicia: nibilominus tamen audacter rem ipsam prosequar. Sed tentabo breuiter an possim benigno lectori instituti mei rationem aliquam probabilem reddere.

Mare. Deambulabam nuper in Valentino littore, ut latissimi mediterranei aspectu oculos lectione delassatos reficerem. Perpendebam autem mecum quot oras terrarum, quot littora, quot promontoria, reciprocante æstu allueret: mirabar uastissimæ planiciei pulchritudinem, mirabar speciẽ & albescentis æquoris malaciam, nulla ui tempestatis, aut procella commotam. Delectat enim uehementer locus ille, cùm insusurrante clementioris auræ spiritu, crebriusculis strijs cauatur, nunc purpureum, nunc ceruleum colorem trahens. Occurrebant animo admiranda & multiplicia animantium genera, partim submersarum, partim fluitantium, partim ad saxa natiuis testis cohærentium. Ex huiusmodi cogitatione, sensim ad alia elementa deductus sum. Mari conterminа mihi sese tellus proposuit: uidi eam salubribus herbis uestitam, odoratis flosculis ornatam, fructiferas arbores proferentem, commodissimas edentem fruges: uidebam in ea perpetuas fontium eruptiones, nitidissimas Lymphas amnium, perennes uertices fluminũ, mõtium iuga, colles, ualles, specus, cauernas, spelæa: saltus, lucos, syluas, nemora, prata, arua, ripas, ac tandem omnia

Terra.

nia admirandæ uoluptatis plenissima occursabant. Intuebar quoq; reconditiores illas auri, argentiq; uenas, & quasi abstrusa cubilia plumbi, stanni, cupri, ferri, & omnium, quæ metalla nominantur, cernebam etiam oculis, atq; animo, infinitam uim marmoris, crystalli, succini magnetis. His addebam tam diuersa animantiũ genera, bestias, alites, serpentes, bipedes, quadrupedes, multipedes, apodes, aligeras, & harum omnium cantus, garritus, mugitus, stridores, boatus, sibilos, susurros, murmura. Hæc diutius altè repetens, tandè emisso suspirio in hæc uerba prorupi: Vah, quàm infelices sunt nostræ fidei crediti ac commissi adolescentes, qui plaustris, ut sic dicam, præceptionum à rei tam præclaræ & cognitione, & contemplatione infelices admodum auocantur, obruti miseranda Syntaxi, capti argutijs Dialecticorum, aut nunquam, aut in senectute ad istam ueram Philosophiæ partem deducũtur. Age animę mi expergiscere, tenta an possis studiosorum labores aliqua ex parte subleuare; & uiam aperire, quam tutò sequentes pueri, ueram, ac solidam Philosophiam consequantur. Quid multis moror? cõtinuò in cellam studiariam, ut ait Budæus, me recipio: ibi auctores uarios utriusq; linguæ euoluens, rem magnam aggredior. Sed tum demum in altum pelagus deductus sensi stolidus quàm imparem meis humeris prouinciam suscepissem. Accedo ad huius Academiæ Atlantes, & rei literariæ proceres hortos, moneo, ut onus istud suscipiant: recusarunt strenuè, grauiores sibi in Galeno, Dioscoride, Plinio, & Aristotele interpretandis occupationes esse confirmant.

Animalia.

Tandem peto supplex ut aliquot auicularum nomina aut piscium suppeditent; polliceor me in cõmentariolo professurum ingenuè per quos profecerim. Sed ut uideo thesaurus meus carbones erant: nam si quid quærebam reconditum, id abscondebant tãquam sacra Eleusinia. Alij uerò liuore concitati clamabant me in alienã messem falcem immittere. Hui alienum est à Grammatici munere rerum uocabula cognoscere? Age, quodnam est munus Grammatici? quænam huic facultati constitues pomæria? quos fines? quos terminos? audiuisti ne illud

Grammaticus cur prima docens elementa uocatur?
Cùm sit qui scripti calleat omne genus?

Nonne mei muneris est sensim uoces omnium rerũ puero tradere, ut iam natu grandior superata uocabulorũ molestia, ad rerum naturam indagandam liberè conuertatur? Aggressus ergo sum negotium omnino difficile; in quo tractando, si miserias meas, rerum, & status mutationem, publicas, priuatasq́; quibus distinebar, occupationes, commemorem, uidebor fortasse moroso censori permolestus. Certè miserrimum fuit, quod in summa egestate constitutus, cùm tam præclarum opus molirer, ne unum quidem hominem inuenire potui, nõ iam qui Mœcenatis officio in me fungeretur; sed qui uel minutißimo nos dono afficeret, eoq; utcunq; recreare, aut cõsolari posset. Superest, ut quibus præsidijs fretus tantã molem sustinuerim breuiter exponam: nam infortunia mea ferre me, & in DEVM *Optimum Maximum fiducia, & melioris status expectatio, & animus iam obducto callo firmatus abunde docuerunt. Principiò si medi*

si mediocre ingeniū honesti propositi tenēdi pertinacē quandam cupiditatem, Graecae & Latinae linguae peritiam aliquam, studium, diligentiam, Reipub. literariae augendae promptam uoluntatē ipse mihi derogē: faciā sanè impudenter, quippe & imparatum me tantum opus aggressum, & omnem in discendis bonis literis operam lusisse confirmabo: dicent etiam aduersarij me famis metu potiùs, quàm famae cupiditate lucubrari. Aduersus alia incōmoda subsidio mihi industriam cōparaui, Ciceronis illud oraculi loco ducens, NEMINEM *esse tam afflictum, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non posit nauare aliquid & efficere. Quare in spem propè certam ueniebam, me, si omnem meam curam, operam, ingenium, & industriam ad hoc opus absoluendum cōtulissem, haud infeliciter id, quod institueram, perfecturum. Extricaui igitur me ex omnibus ferè difficultatibus meditando, indagando, conferendo, &, si nihil aliud possem, diuinando. Neq; uerò tantum mihi sumo, ut omnia me acu tetigisse putem: aut in tam longo, graui, uarioq; opere nusquam me hallucitatum iactem: perfunctum tamē me esse interpretis, uel Grammatici munere, qua potui fide, diligentia, & patientia assero. Si quid est à me peccatum id moli operis, & uarijs animi nostri curis lectores imputent, multisq; alijs incommodis, quibus eramus circumuenti; & illos oro, ut de meis erratis uel me, uel alios candidè moneant: ipse enim haud dubito, olim me in hac mea lucubratione deprehensurum, quae mutata uellem, & sim forte*

tasse mutaturus. Interim æqui lectores boni consulent maximam partem tam diffusi ac difficilis argumenti à nobis traditam esse; & quantum nos fecimus, ipsi quoq; tantum faciant, deinde blatterent. Nec enim animo feremus iniquo, si ad hanc immensam difficilemq; à nobis susceptam prouinciam peritiores aduenerint, nosq; etiam superauerint. Pædaretus egregius ille uir cùm in trecentorum numero lectus non esset, qui ordo apud Lacedæmonios honore præstabat, abiretq; hilaris ac subridens, reuocatus ab Ephoris; interrogatusq; quid rideret? respondit: quoniam equidem ciuitati gratulor, quæ ciues trecentos habeat meipso meliores. Cùm primùm igitur in Hispania doctiores hoc aggreßi fuerint, hortabor studiosos ut integram, plenam, uberẽ, ac perpolitam harum rerum explanationem ab illis petant, ab illorum fontibus se, quantumuis magnam sitim expleturos esse confidant, meos riuulos uel prætereant, uel ita leuiter degustent, ut intelligant eos non sitientibus faucibus proluendis, sed primoribus labris modicè duntaxat irrigandis esse comparatos.

¶ *Auiso para el curioso lector.*

VA este libro como escala philosophica, enseñando al niño como ha de subir de grado en grado, hasta la verdadera sabiduria.

¶ Primer grado a saber los vocablos en Latin, y romance.

¶ Segundo, entender la propriedad y naturaleza de los animales.

¶ Tercero grado es, subir a la contẽplacion del immenso Dios creador de todos ellos, como sanct Basilio, y sanct Ambrosio lo hazen enlas homilias, y cõciones sobre el Hexaemeron; acordandose que, como dizen estos bien auenturados sanctos, *Hominem docere, & sui officij admonere animalia poterunt.*

¶ Y por que en las escaleras suele hauer descansos, donde reposan algun tanto los que suben por ellas, acabada cada materia, põgo vna digresion, ala qual llamo descanso, para quitar el fastidio de tantos vocablos.

¶ No me quiero occupar en mostrar quan prouechosa materia es esta para toda manera de gentes, pues Theodoro Gaza lo ha tratado

cumplidamẽte en la prefacion ſobre Ariſtoteles de Animalibus. Y vemos que el Rhetorico ſin eſto ni terna buenos apodos, ni Metaphoras, ni oracion copioſa. Los Medicos y Philoſophos por ſolo eſto trabajan de ſaber las cauſas vniuerſales, para verlas en eſtas coſas particulares.

¶No me tienẽ los diſcretos lectores de reprehender, por q̃ no guardo la regla de vocabulario; pues en ello mas hay trabajo mio, q̃ daño del lector. Si yo puſiera ſolo el vocablo, enfadara los lectores que hoy ſon tan delicados, y no vinieran al libro ſino cõ neceſsidad. Agora entendiendo que hay otras coſas curioſas breuemente tocadas, vernã mas deſſeoſos a leer, y continuaran mucho; lo qual ſera occaſion, que los vocablos no ſe oluiden. Y aun que eſſo no fueſſe, baſta ver que ſi no hallo vocablo con que arromançar vna coſa en Caſtellano, pongola en Valenciano, Italiano, o Frances, o lengua Portugueſa: para que el niño, con la buena occaſion que a la Corte de Eſpaña vienen de todas naciones, pueda de algun ſoldado, o peregrino ſaber aquel vocablo en ſu patria, como ſe dize. Y quando eſſo

me

me falta, hago defcripcion contando las propriedades del animal, o yerua, cuyo vocablo trato; y afsi no fe puede guardar la ley de vocabulario. Y al fin por librarme de todas reprehenfiones, he puefto el titulo a efte mi trabajo, Efcalera. Y porque en los defcanfos voy algo prolixo, era bien en los grados, o efcalones, que fon los vocablos de cada cofa, poner alguna curiofidad, para la fymmetria de la efcalera. Bien veo que emprendo materia difficultofa, pero dire lo que alcãçare. Y fi en efto no correfpondiere la obra al deffeo, que es de acertar, por ventura refultara de aqui vn prouecho publico; que fera dar occafion a que otros mas curiofos y diligẽtes acierten a emẽdar lo que yo ouiere errado; y en cofas tan efcuras y perturbadas por largos tiẽpos fe fepa la verdad.

¶ Todo el vocabulario del humanifta va repartido en nueue abecedarios.

El primer abeceda-RIO DE LA ESCALA Philoſophica, compueſta por Lorenço Palmyreno, tracta de las aues.



Año M D Lxviiij.

PRIMER ABEcedario de las aues.

ACanthis, Acanthylis, Spinus, Ligurinus, muchos piensan ser lo mismo que la Cadernera, Cardelina, o Sirguerito: pero dize Aristoteles, que esta tiene el color muy ruyn, el Sirguerito muy luzido. Llaman le en Valencia Luer,

Accipiter, Halcon pequeño.

Accipiter Asterias, el Açor.

Accipiter rinnunculus, uel cenchris, el Cernicalo.

Accipiter hierax, el Sacre.

Accipiter fringillarius, el Esparuer.

Accipiter Aesalon, Esmerejon.

Accipiter hierofalchus, uel Pernis, el Girifalte.

Accipiter haliaetus, el Alcotan.

Accipiter ciris, uel cirrhis, Tagarote.

Accipiter nisus, el Nebli.

Accipiter tertiolus, el Gauilan.

Accipiter buteo triorches, en Italia Poyana, en Portugal Gauia Buysard, Bellonio le llama Sacre.

Accipiter circus, Halcon que nasce un poco coxo de un pie.

Accipiter cymindis, Halcon nocturno.

Accipiter Leuis rubetarius, Alfaneque.

Accipiter stellaris, Açor.

Acmon, cierta especie de Aguila.

Acredula, la Calandria. Alij Lusulam uocant.

Aedon, Ruyseñor. Aliter Luscinia.
Aegithalus, Halcon que mama las cabras.
Aegithus, uel ægintbus, uide in dictione Salus.
Aetolius, aliter ægolius, Aue nocturna.
Afra auis, el Auestruz, o gallina grande de Berberia, ab Horatio Prælauta dicitur.
Alario, creen muchos ser el Aguila caudal.
Alauda, la Cogujada.
Albardeola, especie de Garza blanca.
Albicilla, engaña pastor.
Albicula, Gazæ idem quod Albicilla, Motacilla alba.
Alcedo, Græcè Alcyon, que pare en la mar.
Alcyon, la Pauiota.
Alectoris, especie de gallina, aunque Volaterrano le llama Perdix rustica.
Aluco, cierta aue nocturna, uel Muçol.
Amarellus, cierto genero de Anade.
Ampelides, auezillas de uiña, ut Frigellus.
Anas, al Anade. Anas circia. Anas cirrbata. Anas clangula. Anas fistularis. Anas fuligula. Anas fera fusca. Anas graminea, uel iuncea. Anas latirostra. Anas lōgirostra. Anas quadrupes Anas marina. Anas muscaria. Anas mustelaris. Anas raucedula. Anas strepera. Anas fera torquata.
Ancha, uel Aucha, auis maxima apud Rasim.
Anopæa Homeri Odyss. a. Quebrantahuessos.
Anser, el Ansaron. Anseres Alpini, uel Tardi.

Anse-

Anser aquosus. *Anser arborum.*

Anthus, Florus. Gallicè Bruant, relincha como cauallo.

Apiastra, uel Merops, Abellerol, en Francia Guespier.

Apodes, Vencejo, o Falzias, Cypselus.

Aquila, Nefer en Hebrayco, Nisra en Chaldeo, Aetos el Aguila.

Aquila alba, uel cygnea.

Aquila anataria, en Francia Huard.

Aquila Germana, uel nobilis.

Aquila Heteropus, aguila que tiene el color del un pie diuerso del otro.

Aquila hinnularia. Aquila hongylas.

Aquila Iouis, sola carnes non attingit.

Aquila leporaria.

Aquila pernocpterus, & oripelargus, & gypaetus, Auantol, uel milocha en Valencia, regalis.

Aquila stellaris, uel chrysaetos, aguila real.

Aquila truncalis, porque esta en los troncos de los arboles. Dizese tambien Valeria, Pulla, Fuluia, Melanaetus, Leporaria, Lagophonos, Aguila negra pequeña.

Aquila Haliæetus, aguila marina.

Aquila in pelle leporis, aut uulpis oua sua inuoluens.

Aquila pygargus, que tiene la cola blanca.

Aquila plangus, uel clanga, uel morphnus, anataria idem sunt.

Aquila sanqualis, ossifraga, quebrantahuessos, aliter barbara, phinis.

Arba, Milano mayor.
Archia, Merula.
Ardea, la Garça agro.
Ardea stellaris, la Garçota, Garça ruuia.
Ardea stellaris, *Bostaurus*, *Herodius asterias*, en Francia Butor.
Ardeolæ marinæ, Limosa, & Torana en Venecia.
Ardea magna cristata.
Ardea pella, *pulla*, siue *cinerea*.
Ardea uenerea.
Arquata maior, uel *Pheopus*, llamanles en Milan Giraldellos.
Arquata minor, en Italia Tarangolo.
Ascalopax, *Scolopax*, *Gallinago*, en Francia Beccasse.
Asione, potiùs esse Otum quàm Scopem cōtra Gazam crediderim: lege in dictione Otus.
Attagen, Francolin.
Auca, *Anser*.
Aucha, uel *ancha*, la aue mayor de todas llama Rasis, o Razes.
Aues Pharaonis, ciertas gallinas de Berberia, dize Aloysius Cadamustus que en leuante en reyno de Senega de los Higritas hay muchas.
Aues, *anates*, uel *anseres*, ex putredine in mari nascētes
Auis cohortalis, quæ uulgò per omnes ferè uillas conspicitur, Columella.
Auis tarda.
Auosera. Spinzago de agua.

Aureola, Vccello d'oro.
Aurifrigius, cierta aue de rapiña.
Auriuittis, aurea uitta, redimitta, carduelis.
Azida, o asida, Auestruz.
Boscas Boxer, Sarcet. aliter querquedula.
Bubo, uel Butalis, el Buho.
Buditæ, auezillas que siempre estan cabe los bueyes en el campo. y algunas uezes suben sobre ellos.
Calamodytes, Gorrion de los cañares, o que uiue entre las cañas.
Calidris auezilla cēdrosa cabe los rios, o albercas. Rossa
Canaria, el auezilla que llaman Canario, del pico blāco chico y agudo, alas y cola y plumas uerdes: come simiente de lino y adormideras, o mijo, açucar y su caña. Mueuese mucho a cantar con feruor si le dan la beruezilla que llaman auricula muris, o morsus gallinæ. Traen la de las islas Canarias.
Capra, uel Capella, el Vanello.
Capriceps, tiene cabeçilla, o cabeçuela de cabra. ægocephalus no tiene baço, tiene la hiel apegada al uientre y higado.
Caprimulgus, ægotelas, aue que uee poco de dia, y de noche uee mucho: uase a los apriscos, o majadas y mama las cabras, y quedan ellas ciegas, y las tetas sin mas aprouechar.
Caprimulgus, Normannorum fresaya, quando buela lleua los pies al cielo: es como buho, pequeño, fosco.
Caprimulgus Cretensis, en la isla de Candia ua de noche

che dando espantosos gritos por las ciudades.

Carduelis, Sirguertio, cardelina, cadernera. Esta aueci-lla assada y echa poluo con uino, si la comes te quitara el mal de yjada. Crian se en Iaula con suaue cãto hasta nueue años, despues con la uejez sueltan las y se passean mudas por la mesa. En Moguncia de Alemaña tuuo una Iustino Globero que uiuio ueynte y tres años, y cada semana le cortauan el pico y uñas para que pudiesse comer, y andando por casa no podia bolar. Son tã locas que sentadas en un cardo, o cardencha una tras otra se uan a meter por el cuello el lazo que tiene alli el caçador atado al fin de una uara, o uerga sin huyr ninguna. Y quando con un leño partido que llaman amiten, o lignum fissum esta una trauada, por yrle a ayudar se toman las otras.

Caristiæ, aues son que en el fuego no se queman las alas, pero engañase Alberto alegando sobrello a Solino: por que es cierto lino Carystium & Asbestinũ.

Caryocatacte, nucifraga, merle, alpadic: los Moros le llaman Gargá, es especie de graja.

Caspiæ aues, & Indicæ ab Aeliano describuntur, no las hay en Europa.

Catarrhacte, uel cataracte, halcon blanco que beue agua de la mar, quando con la uejez se le gasta la uista arremete con furia a las peñas pensando ser pescados y matase: toman las con peces pintados en una tabla, dicitur & urinatrix, Cabuzó.

Catreus

Catreus,es una hermosissima aue que hallaras retratada en Aeliano.

Caucalias,Ceblepyris,Cebriones,Cela,Celeus, aues son en Varino y Aristophanes; auisarme has quando las hallares.

Cepphus, es aue marina del tamaño de la Monedula, pero tiene las alas mas agudas y mas largas, toda blanca sino es el cirro negro de la cabeça, el pico y pies tiene como naranjados, come espuma y cõ ella la toman: es aue uilissima, y el uiento se la lleua a to das partes.

Certhia,auezilla atreuida y de gran ingenio, uoz clara: mantienese de gusanillos de los arboles. Dizese tambien Thripophagus,Petit,Grimpereau, Grimpreau.

Charadrius,la Calandria.

Chloris, en Valencia se llama Pits roisg, en Portugal Verdelham,cabe Trento Frinson.

Citrinella, muchos la tienen por Chloris, el Verderol. en Francia Tarin,o Tirin,en Napoles lequila.

Chlorion,uelChloreus luteus,uel lutea,aue que pelea cõ la Tortola y la mata;el Oriol.

Ciconia,la Cigueña.

Cnipològus, no le traduze bien el Gaza,Culicilega, es chiquito,cendrosillo,con ciertas manchas,poca uoz uiue de los gusanos de los arboles que llaman cossos, o Cnipas.

Coccothrauste, aue que rompe los cuexcos de las cere-

ças

ças, en Italia le llaman Frison, Frusone, Grison, Frangiel, Montaño, en Francia choche pierre.

Caeruleus, uel Cyanus, aue del tamaño de un Sturno, el pecho, lomos, y pescueço tiene de azul hermoso en las spaldas y alas algo negras, y con alguna aparencia de azul: el pico tiene de dedo y medio debaxo las narizes fosco, al fin agudo. El pico de arriba corua do, cubre al de baxo: los pies son partidos como en las otras aues, hay muchas destas cabe el rio Athesis junto a la ciudad de Aeniponte: crian la alli de lo que traen a la mesa: canta muy suauemente, entiende lo que le mandamos, y es muy obediente. Si a la media noche le mandays que cante luego obedesce, como el uerso siguiente lo declara

Caesia auis glaucae uerè sacrata Mineruae,
Prae te cui seruit noctua nulla magis.
Quid sibi uult? quis te docuit parere monenti?
Instinctu proprio num facis ista tuo?
Non puto, sed Deus est qui te ciet, usq; monenti,
Scilicet ut morem sic homo quisq; gerat.

Curruca, en Valencia se dize Busquereta: es auezilla que cria hijos agenos pensando ser suyos, principalmente los del Cuquillo, dizen le algunos Mosquito.

Chalcis, Cymindis, Hybris, Ptinx, de dia no uee, y de noche caça. Es negra, del tamaño de un halcon, pelea contra el aguila.

Colaris, & Collario, una misma aue parescen, uide Aristotelem.

Colum=

Columba, la paloma, por que a esta aue le trasluze el pescueço cosa de tanta admiracion para los Philosophos, leelo en Lucretio libr. 2. y su comentador Dionysio Lambino, *y* Seneca *lib.1.natural. quæsti. y en* Cælio Rhodygino.

Columba saxatilis, uel agrestis, Palomo fiero. Pipiones, *uel pulli columbini, los pollicos de la paloma, o palominicos.*

Columba ænas, uel Vinago, *eu el Otoño la uemos y caçamos en tiempo de uendimias, lege Aristotelem.*

Columba *Liuias, uel* Pelias, *cierta paloma azul y fiera.* Ex polumbo, *que es el* Torquazo, *y* Columba *cellaris sale otro genero cierto.*

Cornix, la Corneja. creen algunos ser Gralla en Valencia.

Cocis, Corneja mayor.

Coruus, el Cueruo.

Coturnix, Codorniz, o Gualla.

Crex, Espluga bou.

Cuculus, el cuquillo.

Cygnus, el Cisne.

Cynchramus, el aue que guia de noche alas Codornices quando huyen, en cuya uoz conosce el caçador quãdo se quieren yr las Codornizes: quidam Ortygometram uocant.

DAcuades. Dicæres Indicæ. Diomedeæ aues.	*Estas hallaras en Festo Põp.* Aeliano, *Arist. lib. Mirabi.* Plinio, Solino, Nicolao Leonico *de uaria historia.*

Dre-

Drepanis, Riparia, Falcula, Martinet, o Martin del rio, Golondrina, quæ nõ habet caudam bifurcatam.

E Dolius, Elaphis, Elea, Elasa, Erytrophus, aun que Varino y Hesychio las declarã, no las conozco.

Elorius, en Francia Caroli, Corlieu.

F Icedula, en Valencia Papafigo.

Fringilla, en Valencia Totestiu, Ferrerolet, Estiue rol.

Fulica, gallina de agua, la Foggia.

G Albula, uel Galgulus, aue del color de los que tie- nen aliacran, y mirandola curan, y ella mue- re. Dizese tambien Icterus, Coliox, Chlorion uireo, Bellonio le llama Loriot.

Gallus gallinaceus, el Gallo, pullus gallinaceus, el pollo. Gallinæ Meleagrides, gallinas moriscas, Gallinæ ha- drianæ, gallinas enanas; no se llamaron asi por el Emperador Adriano, como muchos piensan, por que muchos años antes que el nasciesse las llamo asi Aristoteles, por la region de donde se traen. Gallinæ uillaticæ, las del cortijo, o alqueria. Rusticæ, las sylue stres. Gallinæ africanæ, uel Numidicæ, gallinas gran des que traen de Berberia. Gyberto Longolio dize domesticæ gallinæ, uel uernaculæ, son las que Varrõ llama uillaticas, y Plinio uillares. Ingluuies el papo, uentriculus la molleja, Pipare, pipire, glorire, gloci- dare, cucurire, gracillare, uocablos son de los gallos y gallinas quando gritan, o quieren poner los hue- uos, o hazer sus casamientos. Paleæ dos como bolsas

que lle-

que lleua el gallo colgando debaxo la barba. Iubæ las plumas que ciñen el cuello y pescuezo del gallo, que las alça derechas quando quiere reñir..
Capus, el Capon, dize M. Varro: Canterij appellantur in equis, quàd semine carent: in suibus maiales, in gallis galinaceis capi.
Gauia alba, en Valencia la Gauina.
Gauia cinerea, la cuerua marina.
Gallina rustica; cierta perdix que se trae de la isla Gallinera cabo Genoua.
Gallopauus, Gallipauo, gallina de Indias, o nueuo mundo.
Gallina otis, auistarda, el Abutarda.
Gallinæ tetraces, uel tetraones, uel Vrogalli, gallos, o gallinas soluages.
Gallinago, Gallineta cega.
Gallinæ aquaticæ duodecim species ab auctoribus recensentur.
Gallinula, uel Ardeola marina, llamanles en Venecia totano, y Limosa.
Glottis, Lungulaca, gallina de agua que saca la lengua larguissima.
Graccus, uel gracculus, Grajo, o graja. Hazẽ destos tres especies Coracias, Lupus, Monedula, que son fidipedes: el quarto Palmipes, Pyrrhocorax, paresce ser lo mismo que Coracias que tiene los pies y pico colorados, lo de mas como cueruo.
Grus, la Grulla.

Gryphes,uel Gripes,aues son de quatro pies, con alas y cabeça de aguila. Dize Matthias à Michou in Sarmatio Asiana,que nunca tales aues nascieron.

Gyges,aue que siempre canta. Dize Oppiano que si dà decome su lengua al niño tartamudo, le haze hablar claro.

HAlcedo aphonos,Halcedo muta. Martinet, Pescheur en Francia.

Halcedo uocalis,uel phonijs, Rousserole en Francia.

Harpa,Buytre blanco.

Harpyiæ,aues fingidas en Virgilio.

Heliodromos,la aue fingida de Kiranides, que haze al hombre sano,rico,y hermoso.

Helorius,uiue pescando en las riberas.

Himantopodes, uel Porphyriones, si se escriue con, h, quiere dezir pies de color de sangre,si cō,i,pies tuertos. Dize Bellonio,entre las aues todas tienē quatro dedos en los pies, sino pluuialis. Guillemot, Canne petiere.pie de mer.i.Pica marina, Bistarda, Charadrius. La pica marina es la Hæmatopus in singularibus obseruationibus lib.1.cap.11.& lib.2. cap.32.

Hirundo,la Golondrina.

IBis nigra,especie de cigueña negra.

Ibis, aue de Aegypto, que inuento la mangueta, y melezina,o ayudas,echandose con su pico agua por la puerta falsa.

Incendiaria auis,llaman en Plinio la Spinturnix, pero tan escura es la una como la otra.Fingen los poetas que

que es el buho que truxo el carbon encendido de los sacrificios. Aun que los Grammaticos llaman Incendiariam in incendijs natam.

Intuba, dizẽ ser aue del higado amargo, pero engañan se, porque es yerua, & amaris Intuba fibris, en Virgilio primo Georg.

Ispida, en Portugal Aruela, algunos le llaman aue do parayso, por ser tan hermosa. Es pequeña entre uerde y azul, al sol paresce zaphyr, no tiene sino dos de dos en cada pie: dizese tambien Alcyon fluuiatilis, o riparia: mantienese de pescado, por esso le llaman algunos el pescador real, otros Martin pescador.

Iynx, Torcicuello, estiende su lengua muy larga como pescador sus redes, corrẽ a ella las hormigas: y quando esta llena tira a dentro y comese las. Si la teneys en la mano arrodea la cabeça a todas partes, y no solamẽte la buelue hasta poner su pico en medio sus espaldas, pero aun mas adelante.

Lagopus, perdiz blanca de Saboya, tiene los pies peludos, o uellosos, como liebre: algunos la hazen especie de Francolin.

Larus, uel Gauia.

Linaria, en Italia Fobonelo, Fanello, Canuarola, en Francia Linotte.

Linaria rubra, en Italia, circa Verbanum lacum, se dize Finett.

Luscinia, el Ruyseñor.

Lanius cinereus, aue que en Francia llaman Pie ancrouelle.

uelle, en Italia Regestola falconiera, por que viue de rapiña como los halcones.

Loxia, sola esta entre las aues cruza el pico quãda cierra la boca, la punta del de abaxo sube, y la de arriba abaxa haziendo crux.

Mergus, Cueruo marino.

Mergulus pygoscelis, Anedon de escarauajos, en Portugal le llaman Adem.

Merula, Mierla, o Merla, algunos por ser tan negra le llaman Negret.

Memnoniæ, aues en Aeliano, y Ouidio lib. 13.

Merops, en Valencia se dize Abellerol, dizese Auejuruco en otras partes.

Merula torquata, Merle au collier en Francia.

Merula fusca, es lo mismo que paxaro solitario.

Merula aquatica, tiene la cabeça y espaldas foscas, las alas en parte negras y cendrosas, cuello y pecho blãcos: uientre colorado con algunas manchas blancas, o cendrosas, las piernas de color de rosa, la cola corta y negra, el pico no mas largo que el de la Merla, negro. Es fidipes, algunos en sus uocabularios la hazen aue palmipede, la mas minima de las Merlas, y que es Vrinatrix ueterum.

Miliariæ se dizen todas aues que con mijo engordan, algunos quieren que sea el Ortelano.

Miluus, el Milano. Dizen que el primer año es muy atreuido, y que no come aue muerta: el segundo es temeroso, y no come sino las que halla muertas: el tercero

cero muere de hambre.

Molliceps,en Valencia se dize cap cigrany: tiene la calauera muy tierna, o blanda, la cabeça es grande, cartilaginea: es el poco menor que un tordo,tiene el pico rezio,pequeño y redondo; todo el cuerpo ceniciento, de pie ligero, y de alas flaco: en Genoua Iay Bertina.

Motacilla,Pezpita,o Aguzanieue.

Motacilla alba,uel Cinclus, Aueloa en Portugal.

Meleagris,Gibber,gallo de Indias.

Monedula Saura,lo mismo que Gracculus,grajo, o graja,en Francia Chouca,chouchette,chouette.

NOctua,en Valencia óliua,en Castilla lechuza,en Portugal mocho.

Nycticorax,cueruo de noche.

OEnante,uel Vitiflora, auezilla pequeña de cabeça y cola negra,y enel cuerpo un poco negro. Algunos por antiphrasim le llaman Cul blanch, aũque esse nombre conuiene a la Albicilla.

Onocrotalus, uel Truo, es una aue que tiene la parte baxa del pico como una bolsa: algunos en España le llaman Croio,o Croto.

El Maestro Caluete de Estrella en su libro quarto del Viaje del Principe,a hojas.215.b. hablando de Malinas uilla en Flandes,dize assi: Hay alli un aue estraña desde el tiempo del Emperador Maximiliano, el qual le dexo renta para su alimento, por que dizen que en muchas partes aquella aue peregrina lo seguia

guia: la qual es blanca, y mayor que un Ansare. Tiene el pico muy largo y ancho, llaman la Ayne, y la uan a uer los estrangeros que passan por Malinas. Leyendo yo esto que Caluete escriue busque sobre ello, y no pude hallar sino esto poquito que se sigue.

Onocrotalus Machlinienſis, el aue que los Flamencos llamã Vogelbain, o ayne, es semejãte a un Cisne, poco mayor: es quasi toda blanca, sino las plumas debaxo las alas. Dizen que uiuio ochenta años, y anduuo muchos años delante el campo del Emperador Maximiliano, como quien señalaua adonde hauian de assentar las tiendas y pauellones. Y algunos tiempos despues, reynando Philippo padre de nuestro Emperador Carlo quinto. Despues de muertos estos estuuo muchos años con la Reyna en el palacio de Malinas, y en el aparato de los Cortesanos conoscia que la Corte se mudaua, y luego seguia a la Reyna. Quando ya no tuuo fuerça para bolar, dauan quatro stupheros moneda Flamenca a una uieja que tuuiesse cargo de darle de comer pescadillos y sopas.

No se sabe hasta hoy de donde uino esta aue. El espacio de sus alas estendidas toma quatro alnas Flamencas, o cinco de Suyzos: solia siendo jouen bolar tan alto que parescia tan pequeña como golõdrina.

Otus, el Mochuelo, o Cornichola.

Paradisea, uel paradisi auis, uencejo de las Indias sin ningũ pie. Dize un moderno que en los Moluchas se llama Manucodiota, siempre uiue en ayre mul

muy alto:nunca le ueen hasta que de uiesa, o enfermedad cae muerta.
Phascade., Anades sylaestres pequeñas.
Phalaris, en Valencia Flamench.
Parus *ægithalus*, en Francia Mesange.
Parus *cæruleus*, en Portugal Chamaris, uel Alionine, uel Milheiro: en Italia Parussolin, uel Parozolina: en Francia Marenge.
Parus *maior*, en Portugal Tintilaum.
Parus *christatus*, tiene la cabeça negra con algunos pũtos blancos, la cresta estendida, el cuerpo baxo, fosco, pecho blanco, piernas cendrosas, en Francia Mesange hupee.
Passer, el gorrion, o pardal de taulada.
Passer *troglodytes*, gorrion de tapia, es la aue mas pequeña que hay en naturaleza, sacado el Regulo: Leeras su retrato en Aetio lib.11. cap.11. En Francia Fo œrte, o Fauuertte rosse.
Passer *magnus*, uel emberiza, en Aragon el Torredan.
Passer *rubi*, en Francia petit Mouchet.
Pauo, el Pauon, el Pago.
Pelecanus, non Pelicanus, nec pellicanus: aliter Platea, uel Platalea, aue blãca cõ un pico largo que al cabo donde se cierra la boca es ancho y paresce dos cucharas juntas. Llaman le en Francia Pale, Truble, Poche, Anser cuchareo, o Garça cucharera. El Pelicano que dizen que se saca la sangre y da de comer a sus hijos: a algunos paresce fingido del bueytre que

Orus Apollo cuenta de Aegypto, pero yo sigo a los Doctores sagrados.

Perdix, la Perdiz.

Phalacrocorax, Cueruo caluo.

Phasianus, el Faysan, es de las mas hermosas aues, tiene cuernos chiquitos al colodrillo, resplandescen sus plumas como fuego.

Phenicopterus, Picaça marina.

Phenix, aue es que dudo que en el mundo se halle. Lege Lactantium.

Pica, la Picaça, en Valencia la Blanca.

Picus martius, en Valencia el Gayo.

Pica glandaria, uel garrulus auis, una picaça que tiene de todas las colores de plumas de todas las aues.

Picus nidum suspendens, uel Oriolus, en Portugal Oroyendola. Desta dizen que sus pollos nascẽ partidos en quatro partes, y que la madre con yerua Iulia las apega, y quedan sanas hechas aues.

Pluuialis, uel pardalus Aristotelis, en Frãcia un pluuier

Porphyrio, dizen que esta aue tiene un pie ancho para nadar, y otro partido para caminar. Querquedula, Cerceta.

Psittacus, el Papagayo. Cladorinchus.

Regulus, Trochilus, la mas pequeña de las aues, llaman le Rey de las aues por una conseja que fingieron. Dizen que se cõcerto entre todas que la aue que mas alto bolasse fuesse Reyna dellas: esta como era chiquita metiose entre las plumas del Aguila, y

quando

quando fueron en lo mas alto donde todas bolauan, esta subiose sobre la cabeça del Aguila, y assi gano el Reyno. Quando el Crocodilo duerme con la boca abierta entra ella y le limpia los dientes. Esta experimentado que despues de quitadas las plumas y puesto en un assador, el mismo se menea dando bueltas como si le meneasse algun cozinero. En Valencia Reyet, en Francia Bæufde Diu, Berichot, Roytelet.

Rubecula, uel Ruticilla, Erithacus, uel Phenicurus, uel Syluia, en Italia Petto rosso, en Portugal Pitiroxo, en Francia Rubeline, uel Gorge rouge, Bellonio dize Phænicur, gus, uel Ruticilla, Ruyseñor de muralla

SAlus, uel Linaria rubra, es como gorrion, colore cinereo, uertice miniato: enemiga del asno, por que le derriba, o embaraça el nido en las çarças.

Serinus, en Francia Cedrin, Gafarron.

Sirenes & Striges, aues poeticas, o fingidas.

Scheniclus, en Francia Alouertte de mer.

Sisura, en Valencia Coheta, uel Gafarda.

Struthocamelus, el Auestruz, aun que Cæsar Scaliger comentando a Aristoteles de plantis dize que se ha de llamar Struthius Arabs.

Sitta, Sippi, en Francia Torchepot.

Scopes, Abutillos.

TEtrao, en Francia Gallo syluestre, o Faysan bastarde.

Sturnus, Stornell, Tordo.

Tarda, Bistarda, Abutarda, otros le llaman mochuelo.

Turdus,el tordo.
Turdus pilaris,uel Trichas,griua,o tordo mayor,zorzal,litorne.
Turdus uisciuorus, uel Turdella,uel iliacus.
Turdus minor,en Francia un mauuis Trasle,touret.
Tyrannus, algunos doctos dizen que es en Valencia el Gafarron, pero Petrus Bellonius dize que es poco mayor que una cigarra,un poul, uel foucie, uel four cicle, por que tiene unas plumas rojas en la cabeça que como cejas le dan sombra en los ojos.
Thraupis,en Francia Tarin.
Turtur,la tortola.
Tristunculus,paxaro solitario.
VAnellus,pauon saluaje, Abybe en Portugal.
Vespertilio,rat penat,murciegalo.
Vireo,en Valencia carrancol.
Vlula,la Lechuza.
Vpupa,la Patput,uel Abubilla.
Vinago,Tudón,o torquazo.
Vultur,uel Gyps,Bueytre,o buytre.

De las anades que se crian de leños podridos en el agua,o de arboles, leeras a Hector Boetius en la discripcion de Scocia.

Phrases & formulæ loquendi ad aues pertinentes.

No nos aprouecha en esto Ciceron, tomaremos lo que hoy usan los doctos.

Aucu-

Aucupatoriæ illecebræ } El señue
Reuocatorium. } lo.

Capitio obnubere } Poner, o quitar
Capitium demere }
Caput accipitris }
pellicula obnubere } el capirote.

Gestari debent accipitres in summo carpo manus sinistræ, digitis introrsum spectantibus.

Collocabis eum in pertica pedibus loro nigro alligatis pertica cui insistit, &c.

Cicuratur popysmis siue sonis per labia ad fistularũ imitationem effictis, & manuum palpatione, & uerbis blandis.

Magna ui & contentione accipitrem de manu emitte, & in aues tanquam hostes audacter impetum ut faciat alta uoce hortare.

Carduelem cibum ac potum duobus uasculis æquilibribus funiculo ad se trahentem cum uoluptate pariter & admiratione cernimus.

Imperata faciunt, & pedibus atq; ore pro manibus utuntur.

Carduelis ergastulo clausa suppositam aquam ab imo per filum uascu'o suspenso, ad se rostro trahit, pediq; filo interdum supposito cum attigerit uasculum sitim potu sedat.

Cardueles cornu à caueis ubi includuntur depẽdens rostro trahũt ut bibãt, sed cũ biberint temere decidere sinunt.

Color

Color κεραμινᾶς, id est, testaceus, communis ferè est pulueratricibus ut alaudæ, coturnici, perdici &c.

Partes de vna Aue.

EN las aues hay cabeça y pies como en los otros animales, mas no tienē orejas, ni narizes, ſu boca ſe llama *roſtrum*: las que tienen los pies cō dedos ſe llaman *fidipedes, vel aues fiſſos habentes pedes*. Plinio les llama *aues digitatæ*. Las que tienen patas de anade ſe llamā *palmipedes, uel aues planos ad palmæ ſimilitudinem pedes habentes*. Las que tienen las vñas muy coruadas ſe llaman *gampſonychæ, vel vncungues*. La cola dellas es *vropygium*, en los pies tienen vna ſalida que llamamos *calcar*. Las que comen carne *ſarcophagæ*, como Aguilas, y halcones: las que comē guſanillos *ſcolicophagæ*: las que cardos, o cardenchas *acanthophagæ*: las q̄ comen guſanillos entrō ços de arboles *cnipophagæ*: las que comen ſemillas *carpophagæ*: las que comen toda coſa *pamphagæ*. Las ſimientes que ſuelen comer ſon *cannabi ſemen, milium, hordeum*, y lo que en Valencia llaman eſquellola, que es ſcaiolà *granum panico æquale, oblongius, cortice tectum, vt panicum*.

Auium congestus,

